



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

Epistola V. Pelagii Papae I. Ad Narsen Patricivm. Monet vt Aquileiensem & Mediolanensem episcopos ad principem sub custodia dirigat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

sunt, qui quantum ad superbiam suam, iniuriam vobis inferre moliti sunt; & quantum ad prouidentiam Dei, im pollutos vos ecclesiæ seruauerunt. Auferte tales ab ista prouincia, vt imini oblata vobis a Deo opprimendi perfidos occasione. Quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad clementissimum principem dirigantur: & maxime ecclesiæ Aquileiensis inuasor, qui * & in schisma-^{* f. est} te, & in eo maledictus, nec honorem episcopi poterit retinere, nec meritum.

EPISTOLA V.

PELAGII PAPÆ I.

AD NARSEN PATRICIVM.

Monet vt Aquileiensem & Mediolanensem episcopos ad principem sub custodia dirigat.

Pelagius, Narſæ patricio.

ISTUD est, quod a vobis poposcimus, & nunc iterum pos tulumus, vt Paulinum Aquileiensem pseudoepisco pum, & illum Mediolanensem episcopum ad clementissi mum principem sub digna custodia dirigatis; vt & iste qui episcopus esse nullatenus potest, quia contra omnem canonicam consuetudinem factus est, alios ultra non per dat; & ille qui contra morem antiquum eum ordinare præsumpsit, Canonum vindictæ subiaceat. Nec licuit ali cui aliquando, nec licebit particularem Synodus congregare: sed quoties aliqua de vniuersali Synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo quod non intelligunt, rationem, aut sponte ii qui salutem animæ suæ desiderant, ad apostolicam sedem pro recipienda ratio ne conueniant: aut si forte (sicut de talibus scriptum est, *Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit*) ita ob stinati & contumaces extiterint, vt doceri non velint; eos ab eisdem apostolicis sedibus aut attrahi ad salutem quoquo modo necesse est, aut (ne aliorum perditio esse possint) secundum Canones persæculares comprimi po testates.

Anfel. lib.
12. cap. 42.
Polyc. lib.
1. tit. 15.

Prov. 18.